Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



88

te et insipiens. Nunquid
non ipse est pater tuus: q
possedit et fecit et creavit te.
Memento dierum anti
quorum: cogita generationes
singulas. Interroga
patrem tuum et annunciabit
tibi: maiores tuos et
dicent tibi. Quando divi
debat altissimus gentes.
qui separabat filios ada.
Constituit terminos populo
rum iuxta numerum
filiorum israhel. Pars autem
domini populus eius iacob:
funiculus hereditatis eius.
Invenit eum in terra de
serta in loco horroris et va
ste solitudinis. Circum
duxit eum et docuit: et cus
todivit ut pupillam oculi
sui. Sicut aquila provo
cans ad volandum pul
los suos: super eos volitabit.
Expandit alas suas: et
assumpsit eos: atque por
tavit in humeris suis. et

Dominus solus dux eius
fuit: et non erat cum eo de
alienis. Constituit eum
super excelsam terram: ut
comederet fructus eorum agro
rum. Ut suggeret mel de petra:
oleumque de saxo durissimo.
Butyrum de armento et
lac de ovibus: cum adipe
agnorum et arietum filio
rum basan. Et hircos cum
medulla tritici: et sanguinem
uve bibebant meracissimum.
Incrassatus est di
lectus et recalcitravit: incras
satus impinguatus di
latatus. Dereliquit deum
factorem suum: et recessit
a deo salutari suo. Provo
caverunt eum in diis alie
nis: et in abhominationibus
ad iracundiam concitaverunt.
Immolaverunt demonio
rum non deo: diis quos
ignorabant. Novi re
centesque venerunt: quos
non coluerunt patres eorum.